



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XXXI. Die Avgvsti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

Mortif.

Sacrum.

Rege ut reum sistens & inclementer verberans. Ut se diuino sacrificio celebrando pararet, duobus sacrificiis a-derat antequam celebraret; ut gratias redderet, duobus aliis post sacrum in-teresse consuevit. Nihil ad cubiculum admittebat, quod paupertas Nouitio non concederet: nullum in verrendo componendoque cubiculo adiutorem vnquam admisit. Societate ab hæreticis Pragâ eiectâ, carbonarij veste cū curru redibat Adamus, & Catholicis

clam Sacramenta, ac solatia ministra-
bat. Quoties mortem sibi variè im-
minentem euaserit, dicere longioris
est otij. Nunc rosarij Mariani, nunc
variâ diuinæ prouidentia: ope; post
vulnera, seruatus est; tunc lætissimus,
cum dicax hæreticorum natio illum
verbis & verberibus acerbè acciperet
miserè cruentatum. Pro vulneribus
reddebat gratias, missæ quoque sacri-
ficio celebrato pro iis à quibus sæuum
in modum fuerat acceptus.

XXXI. DIE AVGVSTI.

P. P E T R V S
VILLAR.

31. August.
Hispanus
Tarracon.
1604. ætat.
60, 500. 37.

Miro ad afflictandum corpus in-
genio est vsus per artes varias,
flagrorum, ciliciorum, frigoris &c. Cū
Valentia: præesset, noctu sæpè ad SS.
Sacramentum adibat; ibi suspirabat,
se dirum in modum cædebat, & ora-
bat. Per iter Coadiutori socio mulam
suam dabat; ipse illum sequebatur pe-
des. Occultarum cogitationum, quas
alij versabant, aliquando se conscium
esse ostendit, ut fama est. Super ægrum
qui à medicis iuuari vix poterat, Eu-
angelium pronunciauit, & dolor om-
nis mox euauit. P. Fr. Petrus Paulus
de Villar Augustinianus in India cū
gravi morbo teneretur, P. Petri patris
sui meminit, & illicò coram se P. Pe-
trum præsentem sibi videre visus, ma-
nifestam eius opem perferit.

I O A N N E S
GONZALES. COAD.

Hispanus
Lime 11.
Aug. 1613.
ætat 58.
500. 32.

Iam tum sanctitati quærendæ ope-
ram intendebat, cum curam pecoris

gereret, ante initam Societatem eò se
conuertens è campo, vbi templum &
sacrificij locus esset, non sine gratia la-
chrymarum. In Societate Limam mis-
sus, per ipsos 20. annos ibi culina: of-
ficia exercuit exquisitè mundus, affi-
duus, lætus, atque à singulis mentem
in cælum librans. Marchio Peruvia: for-
tè istuc adueniens, nec expectatus
cū illam elegantiam non sui sed Dei
causâ fieri est conspicatus, totus alium
ex alio se factum dixit, adiecitque se
(si per matrimonium id liceret) Socie-
tatem initurum, quæ tales habeat fa-
ciatque. Multus erat in se multifariam
afflictando & orando, quibus duobus
præfidiis quædam ab aliis nequicquâ
tentata perfecit ex animi planè senten-
tiâ. De optimo perfectionis compen-
dio interrogatus respondit obedi-
entiam diuinæ voluntatis interpretem,
compendium summum esse. Cū ef-
set ianitor, mirabili gratiâ pollebat, in
mortalibus ad confessionem perdu-
cendis.

Oratio

Munditia

Exemplum

Mortif.

Obediens.

P. FLO.

P. FLORENTIVS P. FRANCISCVS
 TENNIER. DE LA MOTTE.

Belga Ca-
 lecti. 31. Au-
 gust. 1629.
 etat. 31.
 Soc. 13.

Israëlitam sine dolo vocant epistolæ
 à Flandrobelticâ de illo perscriptæ,
 aiuntque fuisse sui contempione ac
 Deiparæ cultu apprimè præstantem.
 Sed illud rarum omninò : Septimus,
 inquiunt, fuit serie non interruptâ fi-
 lius, vnde priuilegio quasi agnato,
 quo ex diuina dispensatione gaude-
 bat, multos à strumis seu morbo (vt
 istæ vocant) regio liberasse dicitur.

Struma.

Inter Procuratoris & Ministri offi-
 cia semper sua ei constitit virrus, &
 pietas : aded vt ipso illo die, quo pe-
 stis illum è vitâ eripuit, agonem suum
 Dei matrienixè commendans, tria
 rosaria percurreret ceteris & quinq-
 uagies in singulis **MARIÆ** Aue dicens
 atque ab ea iuuari orans in horâ mor-
 tis suæ, pulchro amoris erga Deiparâ
 ad extremum vsque perseveranter
 stabilis documento.

Belga Ar-
 menteriz.
 31. August.
 1635. etat.
 49. Soc. 23.

B.V.

Mori



SEPTEMB.